

In altero carmine. Qui pastor es Is-
raëlis, quod plane Georgicon est, Deū
facit Vīnetorē, populum Israëliticū vi-
tem ex Aegipto translatā, & in nouali,
euulsis vepribus transplātata, hostes
apris, & vrsis qui sepem vineæ demoliū-
tur, & discerperent vitem, quæ sic excre-
uisset vt eius vmbra mōtes operiret, &
pampini cedros superarent, cōparauit.

Ex pastore iam Aulicus factus, Hé-
roica carmina de re militari scripsit, nā
cum recens in aulā venisset, Immanem
illum gigātem Goliad cum quo nullus
singulare certamen inire audebat, pu-
er adhuc inermis, occidit.

Nam Saul nō solū dehortatur eum
a Duello hoc nomine quod puer esset,
sed frater etiā curiosius de p̄mio a rege
proposito ei, qui gigantem interficeret,
percunctatē, durius tractat, iubetq; ad
oues redire. Et satis apparet ex ip̄ius ad
Saulem